

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Compassio c
cum fonte primo

Tunc plena cordis nostri compassio est
cum malum inopie pro proximo suscipere
non metuimus
ut illum a passione liberemus.

Et
tunc plena est cordis nostri compassio,
cum malum inopiae pro proximo suscipere
non metuimus,
ut illum a passione liberemus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.36
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1054,
ll.13-15).

Plus est aliquando
compati ex corde quam dare
quia quisquis indigenti perfecte compatitur,
minus estimat omne quod dat.

Plus autem nonnumquam esse dicimus
compati ex corde, quam dare,
quia quisquis perfecte indigenti compatitur,
minus aestimat omne quod dat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.36
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1054,
ll.39-41).

Et
rem quamlibet plerumque dat
qui non compatitur.

Gregorius libro XX. moralium.

Idcirco autem plus compassionem
quam datum dicimus, quia
rem quam libet plerumque dat
etiam qui non compatitur,
numquam autem qui uere compatitur
quod necessarium proximo conspicit negat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.36
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1055,
ll.54-57).